

ANNVS  
DIERVM MEMORABILIVM  
SOCIETATIS IESV.

S I V E

Commentarius quotidianæ virtutis, notabilem  
vnius, vel plurium in Societate vitâ functorum,  
virtute quapiam insignium memoriam in men-  
ses diesque quibus obiêre partitè distributam  
complexus.

A V T H O R E

IOANNE NADASI *eiusd. Soc. IESV.*



*Del colegio real de la Compañía*  
ANTVERPIÆ, et *de Salamanca, y de*  
*su librería.*  
Apud IACOBVM MEVRSIVM.

ANNO M. DC. LXV.

*Dióce el Sr. Diego de la Fuente Huertas*

GOSWINVS NICKEL

SOCIETATIS IESV

PRÆPOSITVS GENERALIS.

**C**VM Annum dierum Memorabilium Societatis IESV à P. Ioanne Nadasi conscriptum aliquot nostri Theologi recognouerint, & in lucem edi posse probauerint; potestatem facimus, vt typis mandetur, si ijs ad quos pertinet, ita videbitur. Cuius rei gratiâ has litteras manu nostrâ subscriptas, sigilloque nostro munitas damus. Romæ 11. Aprilis Anno 1661.

GOSVINVS NICKEL.

*Imprimatur, si videbitur Reuerendissimo Patri  
Magistro Sacri Palatii. M. A. Episcopus  
Ierap. Vicegerens.*

*Imprimatur. F. Seraphinus Bertolinus Magister  
& Socius R<sup>mi</sup>. P. Magistri S.A.P.*



# ANNVS

## DIERV M MEMORABILIV M

### SOCIETATIS IESV

## MENSIS IANVARIVS

### PRIMO DIE.

P. IOANNES  
PELLETARIUS.

Callos To-  
losæ obijt  
s. 1604.



PRIMVS Collegijs,  
Romano, ac deinde  
Ferrariensi nascenti-  
bus Rector datus est  
ab ipso S. P. Igna-  
tio. Ferrariæ Renata  
Herculis Ducis coniux, Ludouici  
Galliæ Regis filia, cum illo contulit  
de hæresi cum orthodoxæ fidei veri-  
tate commutandâ; & hæresim exiit:  
simulque vniuersa vitæ peccata in Sa-  
cramento pœnitentiæ, illo confessa-  
rio vsa, deposuit. Multa ille postea  
doctè, religiosè, fortiterque pro re  
Catholicâ gessit Apamijs; quicquid  
contra fremerent, turbarentque hæ-  
retici: quorum futore deiectam Dei-  
paræ statuam, magnificâ supplicatio-  
ne institutâ, palàm suo loco restituit;  
concione quot-hebdomadjs die Sab-  
bati de cultu illius habitâ, & Ortho-  
doxis ad illam vicatim sono tintinna-  
buli inuitatis. Vnde glorioso planè  
cognomento, DIVÆ MARIÆ  
DOCTOR est appellatus. Ibidem

ab hæreticis datus est in vincula; sed  
à Catholicis exemptus, Tolosamque  
deductus, ibi demum à gloriosis pro  
fide susceptis laboribus requieuit, ve-  
neno (quod ei ab hæreticis clam pro-  
pinatum affirmant) sensim gliscere,  
in venas, & omnem artis medicæ in-  
dustriam superante. Libenter latebat  
Ioannes suâ se humilitate inuoluens,  
etiam in illo splendore famæ. Quare  
& Cadurcensis Episcopatus insulam  
sibi oblatam, demissè à suo capite  
auertit, vir quàm excelsus ad vindi-  
cias Catholicæ fidei vbique faciendas,  
tam humilis; adedque ingentes To-  
losanæ vrbis laudes, lachrymasque,  
quibus extinctum prosequabantur,  
abundè commeritus tantâ illâ suâ  
eloquentiæ, laborum, charitatis, atque  
augusti ad ardua contra heterodoxos  
pro Catholicis agenda & ferenda pe-  
ctoris granditate. Cerrè vel gemino  
illo elogio fuit insignitè commemora-  
bilis, quorum altero S. MARIÆ  
DOCTOR passim in Gallia; altero  
SANCTVS RECTOR à S. P. Ignatio, vt

*Fides.*

*Humilitas.*

*Fides.*

*S. P.*

*Sabbath.*

*S. P.*

*Superstus.*

A

P. AL.

A N N V S

DIERV M MEMORABILIV M

SOCIETATIS IESV.

PARS SECV NDA.



# ANNVS

## DIERV M MEMORABILIV M SOCIETATIS IESV. MENSIS IVLIV S.

### PRIMO DIE.

P. IACOBVS  
ALVARVS.

1. Julij  
Lulianus.  
obit 1. Julij  
1596.  
606.41.



Lypponenses diser-  
sertè affirmant, hunc  
virum *perfectus virtu-  
tibus calo fuisse ma-  
turum*: famam esse,  
ipsum non semel di-

uinâ planè virtute ægrotis penè de-  
ploratis ex insperato salutem attulif-  
se, quos inter fuit adolescens è prima  
nobilitate, cui Iacobus manum impo-  
suerat, S. Joannis Euangelio recitato:  
quo etiâ remedio conualuit alter,  
cui ex carbunculo fauces intumue-  
rant, medicis nil contra morbum ni-  
ti potentibus aut scientibus, remit-  
tente mox tumore ad crucem à Iaco-  
bo partì affectæ impressam:

Oratio.

P. IOANNES  
HIERONYMVS.

Hispanus.  
obit Hispa-  
li 1. Julij  
1605. ætat.  
60. Soc. 41.

**T**olerantiâ, & Ecclesiastæ mun-  
re præstans inter primos Hispa-

niz, eoq̃ue celebratissimus habeba-  
tur, post iuuentutem laudatè, inno-  
centerq̃ue sine vlla grauiore noxâ ex-  
ctam. Granatense Collegium regebat,  
cum à procacissima femina obsceni  
flagitij est accusatus. Hispali Prouin-  
cialis eam rem Patrum cuidam viro  
prudenti, ac non incurioso vesperi in  
cubiculo ad candelæ lumen clam ex-  
posuit, vehementi dolore plenus. Is  
verò qui hæc audiebat, posteaquàm  
nihil veri mēdacio illi tam enormi  
subesse constanter dixisset, adiecit:  
Ego, ô Pater, pietatem, castitatem-  
q̃ue P. Ioannis ita perspectam habeo,  
adeoq̃ue eum ab hoc flagitio immu-  
nem scio, vt ad innocentiam viri te-  
stificandam, atque ab omni suspicio-  
ne vindicandam ausim nudam ma-  
num ardenti foco inferere: interq̃ue  
verba manum protinus extendit, &  
in mediam lychni ardentis flammam  
ingessit, ac tam diu immotam sine vl-  
lo doloris sensu eam Scæuola hic Chri-  
stianus istic tenuit, donec omnia quæ  
dicenda fuere narrasset, ac Prouincia-  
lis rei nouitate attonitus, non sine ad-  
miracione tam præclari experimēti

Castitas.